



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quòd Maria sit vera & naturalis mater Christi, verum sanguinem & carnem ministrans.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

3. *Quòd Angelica salutatio est memoria  
vitarum actio incarnationis Christi, &  
frequentanda.*



1.

Rimò, q̄ Maria sit vera mater & naturalis, carnē & sanguinem Christi administrās, testatur p̄pheta Esai. 9. Paruulus nobis natus est, & datus est nobis. Natus est nobis Christus ex Maria virgine secundū humanitatē, sed datus à Deo patre secundum diuinitatē, non dicitur in scriptura, Maria dedit nobis filium peperit. Ecce virgo concipiet &c. Si nihil de corpore virginis habuisset Christus, nō diceretur Christogenitus, nec virgo genitrix. Pater ergo dedit filium secundum diuinitatē, Maria genuit siue peperit nobis Christum secundum humanitatē, & sic vera mater. De beata Elizabeth repleta Spiritu sancto, qui per os eius loquebatur, vocat illā matrem Domini sui. Luc. 1. quāquam legitur in scripturis, Spiritum S. mentem nec alicui donatū hoc nomen matris apparenter veraciter. Si ergo non foret vera mater Christi, Spiritus sanctus esset mendax, qui vocat eam matrem Domini, non portatricē: item Spiritus sanctus dicitur Benedictus fructus ventris tui: si non est vera mater, quomodò dicitur benedictus fructus ventris tui? Christus? Si ergo verus fructus, ergo & vera mater. Insuper omnes Euangelistæ nominant eam matrem Domini. Mat. 1. Cum esset desponsata mater Iesu. Marc. 3. Ecce mater tua & fratres tui: &c. Luc. 1. de hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me. Ioā. 2. Erat mater Iesu ibi, & 19. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius &c. Omnes ergo Euangelistæ essent mendaces, qui eam appellant matrem Domini, si nō est vera mater, vt nugatur Valentinus & Anabaptistæ plus de Spiritu S. habuit mulier illa Lu. 1. quæ dicitur Beata

LI  
Beatus v  
luxisti &  
nem ma  
ste ventus  
qua natu  
mus, & Ie  
nuncio v  
Secund  
verbis Lu  
dicta tu i  
Maria, qu  
quibus e  
nus pleni  
minus te  
Delbora  
xoi: &c. &  
manus I  
eternum  
angelus i  
ge alio f  
na, & qu  
citur ple  
tudine n  
ius grati  
cat prop  
mur: hoc  
plenis g  
nihil en  
sed de Ch  
ipsa dici  
tū virtut  
& cum I  
Dei ma  
Domini  
ter, ipsa  
tero ges  
Bea

Beatus venter qui te portauit, & beata vbera quæ  
 faxisti &c. quàm omnes illi hæretici negantes virgi-  
 nem matrem, assimilantes eam fistulæ, p quam tran-  
 sit ventus, sic aiunt illã genuisse. Mat. 1. cap. dicit, De  
 qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Huic creda-  
 mus, & Ioan. 1. Verbum caro factũ est, & Lucæ 2. An-  
 nuncio vobis gaudium magnum &c.

Secundò Angelus quandò salutauit virginem his  
 verbis Lucæ 1. Gratia plena, Dominus tecum, bene-  
 dicta tu in mulieribus, aliquid amplius voluit esse in  
 Maria, quàm in cæteris mulieribus & hominibus, de  
 quibus etiam hæc leguntur: dicitur enim & Stepha-  
 nus plenus gratia Act. 6. & Iudic. 6. dixit angelus, Do-  
 minus tecum virorũ fortissime. Et Iudic. 5. cecinerũt  
 Delbora & Barach, Benedicta inter mulieres label v-  
 xor &c. & Iudith 15. dicitur, Benedicta tu à Domino,  
 manus Domini confortauit te, & eris benedicta in  
 æternum. Illis omnibus tribuuntur hæc verba, quæ  
 angelus in salutatione virgini Mariæ tribuit: sed lon-  
 gè alio fine & nobiliori causa: Et primò gratia ple-  
 na, & quòd paritura esset & peperit Christum, qui di-  
 citur plenus gratia & veritate, Ioan. 1. de cuius pleni-  
 tudine nos omnes accipimus: eius veritatis verbũ, e-  
 ius gratia & fauor patris, nos omnes saluat & iustifi-  
 cat propter ipsum: ex eius plenitudine nos iustifica-  
 mur: hoc non potest dici de Stephano, neq; de cæteris  
 plenis gratia & Spiritu S. neq; de Apostolis aut alijs:  
 nihil enim de illorũ plenitudine gratiæ accipimus,  
 sed de Christi plenitudine. Talem virgo peperit, ideo  
 ipsa dicitur plena gratia. Deindè, Dñs tecum, non so-  
 lù virtute & potentia, sicut fuit cũ Gedeone in bello,  
 & cum Dauid ac cæteris sanctis regibus, qui virtute  
 Dei magna & ferè impossibilia fecerunt, quàm diu  
 Dominus erat cũ illis: sed cũ virgine fuit corporali-  
 ter, ipsa vera mater, Dñs & Dñs noster, quem in v-  
 tero gestauit ac peperit. Hoc de nullo homine aut mu-